22900

Actum in Curia Regia Bransceñ

Sabbatho ante Dominicam Ramispalmarum. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Secundo.

Twarogi Tromnica Lempice Donatio.

Coram officio et Actis praebis Castrensis Capitanei Bransceñ personaliter comparens Nobilis Orsza alias Marusa filia olim Demian Twarski conjux Nobilis Thomae Lempickij de Lempice antiqua Distinctus Dobiciensis sana mente mente et corpore exers salua et libere recognouit. Quod Nobili Joanni olim Jacobi Twarski de Twarogi Tromnica et eius posteris Bona sua Omnia mobilia et immobilia in haereditate Twarogi Tromnica et Laczne consistens se renouscens post obitum Dominae Dorotheae matris suae iure naturalis concernentia haereditaria et obligatoria et alio quovis modo et iuris titulo concernentia cum arvis additamentis agris pratis campis sylvis rubetis emissionis pascuis et omnibus ac singulis Salibus fructibus provenibus attinentibus reddibus nec non cum omni iure suo dominio proprietate proximitate ac titulo haereditario nihil sibi in eisdem bonis nec suis successoribus reservando sed prout se concernebant et sibi obtinebant perpetuis temporibus dedit donavit ac irrevocabiliter resignavit et inscripsit. Sicque ex nunc in eadem bona dat et admittit eadem Commissionem cum actuali ac pacifica possessione per Actum et Actes duos accipiendam. Insuper eadem recognoscens de omnibus bonis cum posteritate sua submittit et inscribit eundem donatorium suum et eius posteros veluti Commissorum bonorum resignatorum ab omni impedimento in eo quarumvis personarum propinquarum et remotarum per et Ultra omnes provenientiones Terrestres defendere eumque eliberare intercedere pacificare et solutam per se quam per submissas personas non molestare imo ea bona ab omnibus iuribus inscriptionibus quibusvis propinquis et posterioribus factis et faciendis exonerare semper nuda et libera facere toties quoties opus fuerit. Sub damnis Terrestribus simpliciter taxa. Et coram officio Castrensi Dobiciensi cum bonis et posteris suis renunciavit in primo Actorum Termino peremptorie responsione. Omnibus ventis exceptionibus dilationibus evasionibus interpositionibus dilationibus quibusvis Aplicationibus ac earum prorogationibus aliisque in universum iuris remedijs et defensis legalibus quibusvis ac [illegible] tenere concessibus se et suos successores sibi adscribendo et adscriptionem [illegible] sua resignatione in Commissis mediante.